

Ann. V.

Num. VII.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Premium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS

AMERICAe SEPTEMTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis. Apost et S. Rituum Congr. Typogr.

NEW YORK

CINCINNATI

52, Barclay Street.

436, Main Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis. Apost et S. Rituum Congr.

Typogr.

RATISBONAE in BAVARIA

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTRÉAL

1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

DE ARTIUM SODALICIIS APUD GERMANICOS	Demophilus.
HUMANIORES LITTERAS DIVINITUS TRADITAS ESSE HOMINIBUS, SERVATAS	
ATQUE AUCTAS	
PRIMO VERE	Maurus Ricci.
PRO ARTE	Th. Vignas.
RAPHAELIS URBINATIS TABULA DEIPARAM REFERENS A SANCTO ANTONIO	I. Antonelli.
PATAVINO NUNCUPATAM	A. C.
DE TYRTAEO HUNGARICO	V. Lakatos.
«DOMUS ALBA WASHINGTONIENSIS»	Laelius.
DE EFFOSIONIBUS CIRCA PRIENEM	Senior.
FABULAE SELECTAE FONTANII A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE.	Fr. Xav. Reuss.
EX BATAVIA. De certamine poetico Hoeufftiano	H. T. Karsten.
DE MINUCHI FELICIS «OCTAVIO»	A. Sordet.
ANNALES	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS	Scriba.
LIBRORUM RECENSIO	H. P.
AENIGMATA	Fr. Palata.

In tertia operculi pagina:

PER ORBEM Viator.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

M CMII

COMMENTARII "VOX URBIS,,

SOCIIS ET LECTORIBUS

IN ANNUM MCMIII

QUADRIENNIO iam assueti, diebus hisce redeuntibus quotannis et facta respeximus, et facienda promisimus; illa ut ostenderemus nos religiose fidem servasse, haec ut iucundiora sociis nostris polliceremur. Nullum quippe mortale opus est, quod ipso in exordio undeaque perfectum sit atque expolitum, ipsaque signa Mironis, affabre quamvis conflata, polientis minima limae labore et mora indigebant.

Itaque commentario nostro unusquisque annus plura attulit emolumenta, sive amplificanda indicaret, sive minuenda ostenderet, sive nova inducenda suaderet, sive penitus exterminanda monstraret. Qua quidem in re magni fuit nobis opera sociorum, qui vel missis epistolis, vel communicatis ore consiliis, vel datis elueubrationibus undique gentium nonnulla emendarunt, plura auxerunt, plurima perfecerunt. Nos autem dociles gratique tantis viris laeti accipiebamus quae mittebantur, et morem gerebamus eruditis, quorum nominibus quasi totidem stellis commentarius noster coruseat, et, audientes dicto in meliora conantium, in meliora pariter nitbamur. Ita coniunctis viribus, factum est ut ex nostratis atque exteris nemo nobis crimen impegerit, quasi promissa dedissemus, quae non ad unguem praestitissemus.

Nunc itaque quae erunt futura perspicimus laeto animo tempora, praecipuum quasi indicantes calle, per quem proximo anno gradiemur. Meta quidem una est, incrementum latinitatis; quam tamen in metam, non una sternitur via. Nos neque superbe tenuisse magnis itineribus propositum finem, neque semitas creasse confitemur, contenti exiguo calle, quem ab ipso commentarii exordio inivimus. Cui quidem nec spinae, nec sentes defuerunt; sed propositi tenax animus, sed conscientia boni, sed gratia vestra, o socii, sed labor assiduus omnia viceunt, ita ut quasi e collis apice superata spatha respicientes, non quidem ab ipso condito commentario, sed ab iis, quae superioris anni initium signarunt, laetari liceat et fructus uberes, et iucundissimos visu flores percepisse una cum laude sapientum.

Enimvero elabente iam anno auctus est commentarius figuris, elueurbationibus, nitidioribus literarum notis; auctus non medioiter scriptorum numerus, quos inter magno cum gaudio accepsimus viros litterarum fama clarissimos. Accessit scriptorum centuria, quibus calidus iuventa sanguis fervet, et spes arridet, et est praesaga boni voluntas. Iamque hisce

sunt fortia bello
Pectora, sunt animi, promptaeque ad fortia vires;

ac tempus erit, quo non inter triarios modo, sed et inter primipilos, ducesque versentur. Igitur spes magna arridet fore ut, hisce adeuntibus, et alios atque alios allicientibus, messis uberrima crescat, et vetus gloria latinitatis tandem aliquando revirescat.

Vos autem maxime, adolescentes, illud ne fugiat, in litteris fieri, quod in aedificiis exstruendis quotidie videtis. Non unius opera, non uno lapide illa excitantur, sed coniunctione plurium: hi enim eaementa comportant, hi lapides, hi arenas, hi fontem, hi lateres, hi trabes, hi tigillo, dum illi saxa scalpis aptant, illi marmora secant, illi varia obeunt munera ut opus exsurget ad solaria, ad tecta, ad crepidinem, ad fastigium. Ferat unusquisque vestrum quod potest, qui simul omnes omnia potestis; nam unusquisque sua regionis praestabilia novit, quae, si notarit communicabitque, coalesceat opus, et commentarius noster, cui patent omnia litora regionesque omnes orbis terrarum, dominium gentium, quod latina lingua tenet, notitiae undique susceptis, facile preeferet ipso in incessu, et in fronte.

Quae igitur monumenta vel sub dio pateant, vel reperiantur effossa, quae industriis, negotiationibus, commerciis terra marique tententur, quae denique in omni genere usui hominum inventa sint, a singulis vobis expectamus, qui non mediocrem honorem apud omnes eritis adepturi ex restitura latinitate, in quam feliciter ineubuistis, pelago ratem primi commitentes.

Atque haec pars auxilii est, quod flagitamus. Nam, si quid gratiae apud socios a lectores labores nostri meruerunt, illud etiam vehementer petimus, ut qui nomina commentario dederunt, non ipsi modo in proposito content, sed suos inter amicos sociorum numerum quaerant. Impendia quippe enormia sunt, quibus pares non efficimur, nisi societate multorum. His autem largienda futuro anno praemia, eademque more nostro munifica, proposimus, quae sequuntur.

Compertum est paene omnibus, Florentiae aedificium esse fratrum Alinari proprium, in quo, artificio mirabili «photographica» plurima undique exquisita, exprimuntur. Nos iampridem ab eius officinae dominis libenter concessa usi facultate sumus referendi in imaginibus Commentarii quotquot ex opificio eorum tabulae placuisse: qua quidem potestate intra urbanitatem et non sine magna lectorum delectatione hactenus usi sumus. Hi autem Alinari fratres, qui tanta felicitate eiusmodi industria potiti sunt, per eamque, parta sibi singulari

scientia lucis, egregiam sti nominis famam uniuersique gentium divulgarunt, experimentis plurimis patientissime adhibitis, tandem aliquando id sunt consecuti, quod ferme maximum in re videbatur, quomodo tabulis, imaginibus, locis, regionibus aptarent colores eosdem, quibus illa aut natura, aut arte essent praedita. Haec, visu sane mirabilia, Florentiae his diebus edidit apta officina, quam A. Pini moderatur, patentque metr. $0,30 \times 0,40$; quod autem super cetera movet est colorum vis, qua non squallentes apparent imagines, sed clarae, vivae, nitentes quasi e manibus egregii artificis prodierint recentissime. En autem tabularum indicem, quas nostris hisce oculis obstupescentes vidimus, quasque sociis comparaturi sumus:

- I. **Pallas Minerva.** — Tabula ALEXANDRI FILIPEPI (vulgo Botticelli). Est in regiis aedibus palati Pitti, Florentiae.
- II. Tabula titulo **Madonnina** auctorem habens RUPERTUM FERRUZZI. In ostentu Venetis habito an. MDCCXCVII celebratum hoc opus emit servatque Ioannes G. A. Leishman.
- III. **Maria Virgo Mater cum Divino Filiolo.** — Tabula CAROLI DOLCI, in regiis aedibus uti supra asservata.
- IV. **Magdalena.** — Eiusdem DOLCI tabula est in pinacotheca degli Uffizi, Florentiae.
- V. **Maria Jesum puerum adorans.** Effinxit ANTONIUS ALLEGRI (vulgo il Correggio). In eadem pinacotheca.
- VI. **Idem argumentum** quod tractavit PHILIPPUS LIPPI. Ibidem.

Habebunt ex his pulcherrimis «photocromis» unam, prouti elegerint, singuli socii, qui praeter suam subnotationem, recto tramite ad Aristidem Leonori equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem, Romanam, via Alessandrina, 87, persolutam missamque, novam subnotationem cum eiusdem pretio miserint. Quot autem erunt subnotatores novi, totidem photochromias iuxta optionem accipiet qui ipsos procuravit. Qui vero novos subnotatores miserit duos, hie vel duas, quas maluerit, photochromias eliget, vel tertiam sibi subnotationem nullo pretio.

Proposita haec dona, quae sociis futura grata confidimus, animos addant ad latinitatis causam tuendam, quae optimo cuique est causa humanitatis.

VOX URBIS.

LIBERTATI
tae a legi
liciae doctrina
hodie illius fa
cietate. Quae
reutius beatius
bunt, ut restitu
communitatis
aliter quam in
volvuntur atq

At Germani
inter huiusmodi
aliquid excogiti
tuendum quod
Initium ipsi
quidem post v
riti atque phi
runt. Itaque a
tempore Magnu
stros usque die
et Hungari m
lege pertinare
verticem arrip
Austros nemo
dynasta auctor
longius in via
blie imperio
omni Germania
parvarum, ut
opificebus atque
opera in rem i
petrata iura m
egeant comple
maximi pondere
nem non paru

Itaque qui
vivunt inter s
suppelletilium
niunt, iunetis
augendae et pe
gibus, legatos
tium condicione
sam tueantur,
sibi constitutu

Res ita pla
Von Miquel, E

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italianam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:

ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE - Via Alessandrina, 87.

DE ARTIUM SODALICIIS

APUD GERMANICOS.

LIBERTATI singulorum, quantum fas est soluta a legibus, quae maximae seditionis Gallicae doctrina princeps fuit, adversantur iterum hodie illius factionis consilia, cui nomen a societate. Quae rata prorsus humanas vires, ad rectius beatiusque vivendum, esse omni studio consociandas, in hoc opus alacri manu incumbunt, ut restituant civiles ordines, qui renovatae communitatis officiis fungantur singulis, non aliter quam in machinis rotae connexo labore volvuntur atque perficiunt opus.

At Germanici, quibus forte recentiori aetate inter huiusmodi doctrinas principatus accessit, aliquid exegitarunt sodalicii iure sibi constitutendum quod « Corpus artium » nuncuparunt. Initium ipsis a Kettelerii consiliis ortum, quae quidem post virum illum clarissimum iurisperiti atque philosophi multi per partes explanarunt. Itaque a medio abacti saeculi cursu, quo tempore Maguntinus episcopus docebat, ad nos stros usque dies, Austri, et Borussie, et Bavari, et Hungari multa sive privato inceptu, sive lege pertinarent, ut propositum a Kettelerio verticem arriperent. Prae ceteris excelluisse Austros nemo neget, quos vidimus, Vogeslang dynasta auctore, lege anno M DCCC XCVII lata, longius in via esse progressos. Quae dum publico imperio caeventur, privati quoque cives in omni Germania, quippe quibus carissima esset parvarum, ut aiunt, artium fortuna, erudiendis opificibus atque artificibus non sollerti minus opera in rem incubuere. Etsi vero haetenus impetrata iura manca plerumque extant novisque egeant complementis, multa tamen sunt quae maximi ponderis et universam hanc quaestionem non parum iuvarunt.



Itaque qui circumscripto nimis commercio vivunt inter se aduersus industrium rerum suppelletiliumque maximas tabernas convenient, iunctisque manibus student arti sua augendae et perficiendae, student negotiorum legibus, legatos eligunt, qui in coetibus ad artium condicionem tuendam statutis collegii causam tueantur, argentarias mensas collato aere sibi constituunt.

Res ita placuit, ut abhinc annos duos ipse Von Miquel, Borussorum aerario praefectus, le-

gatis tenuiorum artium eam agendam Berolini proposuerit.

Antea vero, ut diximus, Austrorum legati populares lege iam nonnulla caverant eodem consilio moti. Voluerunt hi conductionem operae, quam ad rudimenta artium adipiscenda tirones locant, aptis legibus in primis definire, iuraque domini cum tironum iuribus componere. Decernuntur pariter lege peritia et mores eorum qui erudiendis tironibus vident, atque artium coetui potestas traditur regulas de re legesque subsidio ferendi.

Ceterum, etsi lege imperatum non sit ut artium sodalicia certo tempore aut modo aut ritu constituerentur, privilegia tamen sancta fuerunt, quibus huiusmodi sodalicia fruerentur iuxta speciem quam induerint, iuxta genus artium in quod intenderint, iuxtaque vincula quibus sodales iungantur sive laxioribus sive rigidioribus, iuxta denique praecepit sibi propositum finem. Sunt enim sodalites artium quae in pecuniariam rem promovendam contendunt; sunt quae student perficiendae cuiusque artis peritiae; sunt etiam nonnullae eo iure donatae, ut, cum plerique in provincia artifices iunctis manibus convenerint, pauciores dissidentes compellere valeant, qui sodalicio accedant. Haec vero sodalicia censoriae publicae tutelae subiiciuntur; reliqua de quibus ineundis libertas manet integra, soluta magis libertate vivunt. Necesse vero est unaquaque sodalitas suos habeat electos opifices, quibus mandetur iura universitatis tueri. Legati autem cum convenerint, coetum cuique arti proprium constituent gravi mandato pollutem, cuius in subselliis persaepe humiliores etiam opifices sedent. His coetibus praeest per universam provinciam quae ex omnibus legatis cuiusvis artis quasi Curia constat, cuius iura et auctoritas satis lata patet, quippe quae et de tironibus exercendis cognoscere potest, et pecuniaria subsidia conferre, et praemia condonare, et recensiones artium indicere, et libellos qui iuvare possint opifices edere, et omnium eruditionem fovere, et reipublicae auctoritati, cui cursoriae potestates subsunt, optata seu vota ultro offerre.



Singula haec longo labore instrui oportuit atque parari, et, cum ad operam ventum est, caute et paullatim, obstaculis multis remotis,

re perficere, vixque superiore anno praecipua legis iussa suam vim obtinuerunt. In incunabulis adhuc versamur, neque de fructibus licet immaturum proferre iudicium. Attamen Germanici laudandi maxime, qui suae gentis indole uti sapienter saterunt, disciplinae subeundae atque consociandis viribus optime apta, legesque iuvare populos ut asperrimae viae, quam civitates omnes inierunt, obstacula planius vincent, humiliorum artium sortem tueantur, atque dum datum sit, communia commoda provehant.

DEMOPHILUS.

HUMANIORES LITTERAS

DIVINITUS TRADITAS ESSE HOMINIBUS,
SERVATAS ATQUE AUCTAS⁽¹⁾.

CUM artium universarum disciplinarumque severiorum initium ac finem divinitus repetendum esse ipsi veteres poetae philosophique excellentiores putaverint; tum haud scio an de ceteris verius quam de litterarum disciplinis hoc a nobis affirmari queat. Mechanicae enim artes quasi per se consistere videntur, quoniam in ipsis belluis, natura duce, semel insitae, nullo peculiari Dei afflatu, nulloque fere intellectus conatu progredi atque extare creduntur. Ipsae sublimioris disciplinae veritates quamquam per se exstant, neque hominum auxilio, quod ad rem, indigent, quippe etiam si orbis incolis vacaret, integræ permanerent; litterarum tamen magisterio, ut ab hominibus accipiuntur, subiectæ sunt ac pedissequae, quum absque harum subsidio humanarum mentium potiri non valent. Cuius rei exemplum est eas, ab orbe condito, philosophiae sive rationalis sive naturalis disciplinas, litterarum nostrarum progressus ac vices fuisse semper expertas. Contra vero humaniores litterae inventorum omnium matres, doctrinarum omnium patronae, bonorum morum adiutrices, philologiae custodes, nullorum egent, ut florent, quae ceterae artes præbent auxiliorum; et postquam studia omnia excitaverint atque aluerint, nihil fere ab aliis sibi vindicare voluerint. Immo si intellectus acutus penitus initia rerum perspiciamus, doctrinas ipsas, quae apud nos proprie nomen obtinent « scientiarum », primitus in humanioribus litteris comprehensas esse apparebit: quae deinde philosophorum artificio in ordinem principiorum et consequentium digestae, omnimodae sapientiae magnum hunc apparatum pepererunt. De divina igitur harum literarum origine, utque

(1) Oratio Florentiae habita in Auditorio magno Scholarum Piarum.

illae, Deo auspice et duce, inter tot fantasque rerum vices servatae, ad magnitudinis fastigium processerint, vobis hodie, adolescentes, qui in hoc studiorum sanctuarium omniumque doctrinarum hospitium quam frequentissimi convenerint, disserendum videtur, ut ab initio persuasum habeatis, sancte esse sancta perpetuata, omniq[ue] aetatis levitate remota, ad illas quas ingredimini disciplinas graviter incombendum esse sentiatis.

Neque vero opus esse puto altius argumenta repere, quibus usi sunt summi illi philosophi, qui postremis temporibus, gravi inita controversia, conflixerunt ut divinam sermonis originem defenderent, in eos invecti qui, nullo Dei afflato, contendebant hominem suis tantum viribus invenisse illud sermonis mirabile beneficium, quo litterae nostrae constant, atque humana societas arctissimis vinculis continetur. Namque doctorum disputationes praesertim in Gallia tantam argumento nostro lucem addiderunt, ut difficile hodie reperias, qui se philosophos profiteantur, ac divinitus nobis traditum sermonem non propugnant; quaestionesque omnes hodiernae magis ad pompam quam ad utilitatem in hoc versantur, utrum homines invenire potuerint, non vero an sermonem invenierint. Si solum qui non veritatem, sed suae mentis delirationes nobis suadere student, ii qui sanctissimam religionem non modo e litteris, verum etiam ab humana societate expellerent, nefarii homines, qui ut rempublicam destruant, non ut aedificant, summa ope allaborant, divinam sermonis traditionem oppugnant. Sed si in eiusmodi rebus sacrarum litterarum auctoritatem reiiciendam putant, pro hominum fidem! rationem ipsam veterumque linguarum testimonium non refutabunt. Quae omnes in verbo « esse », quod merito « substantivum » appellant, veluti fundamento innituntur; quoniam in eunetis locutionibus insidet, eoque semoto, nil cogitare, ne dum voce exprimere possis: atque ut quum primum lapidem abstuleris, totam prorsus aedificationem prostrasti et ruere necessum est, ita absque eo sermones cogitationesque omnes illico prolabuntur. Nunc vero verbum de quo loquimur, primum humanae mentis cogitatum esse philosophi demonstrant: nec primum tantummodo, sed universorum formam, ut ita dicam, et materiem, sive illud nuncupemus esse, quod re exsistit, sive quod esse potest, ut Rosminio, nostrae aetatis doctorum facile principi, contendere placuit. Haec ergo cogitationum forma et prima locutio, nomen quoque Dei est, ipsam eius simplicem perfectamque naturam declarans, ut apud Hebraeos expressum est sacra illa voce deprompta, quae sonat « esse », et sola Deum aptissime significat, quippe qui se nominavit: « Sum qui sum ». Unde efficitur nomen ipsius Dei primum vocabulum et ceterarum vocum cuiusvis sermonis fundamentum esse habendum. Vere itaque Deus ipse latine οὐκ εἶσθι « verbum » appellatur; quem iam Graeci, in rerum incorporearum significatione praestantissimi λόγον, quasi sermo esset, et ratio ipsa sermonis, nominaverant.

Sit igitur apud vos statutum, humanissimi adolescentes, sermonem divinitus fuisse inventum; namque uti arborum seminibus frondes fructusque imputantur, ita Deo optimo maximo,

qui per se et suo ipsius nomine, primum linguarum verbum constituit; cetera, quotquot hinc deducuntur, vocabula erunt tribuenda. Quare quum sermones sint vestes, atque instrumenta, quibus omnimodae nationum litterae utuntur, quis dubitet Deum harum genitorem esse habendum?

Sed quoniam humaniores litterae non solum verbis, sed aliis orationis partibus constant, ex quibus ille efficitur quem stilum, seu rationem scribendi appellamus, res hic altius repetere, atque initia humani generis recursus oportet. Etenim si optimos philosophos persecuti atque ipsum Ciceronem in hisce quaestionibus persolvendis antistitem, stili originem investigemus, eum principiis humanae societatis adnexum reperiemus, quo primitus admixti homines cogitationes suas ultra etroque invicem secum communicant. Qui sensu et colore iuxta hominum naturam et facultates quamvis variis, unus tamen interior structura ubique conflatur et exstat. Quare trita facta est inter nos egregia illa sententia, quam Buffonius, rerum naturalium explicator omnium praestantissimus, edidit, stilum esse hominem. Licit igitur ex iis deponere, si hominum societas divino imperio continetur, ut clarius luce est philosophis omnium aetatuum recte ratioinibus, divinum item esse modum, quo idem homines adstringuntur, stilumque illum a quo huiusmodi unio firmatur, quemque si sustuleris, ea vel debilitatur, vel penitus labitur, divinitus fuisse tradendum. Hoc accedit si sacris litteris fidem habere velimus, — quis vero non habebit? — primum scriptis commissum eum esse stilum, quo sancti Dei homines Hebraeorum facta commemorant: quorum tum tempore, tum sermonis elegantia atque imaginum granditate pientissimi Iobi libri priorem locum obtinent. Horum itaque librorum scriptores divino spiritu afflati, primi habendi sunt historiarum auctores, poësos conditores, orationes facultatis principes, a quibus si asiaticam verborum quamdam redundantiam exemeris, ac locutionum quasdam ampullas, quae regionibus magis quam hominibus virtus attribueris, stilus omnes numeros habens consequetur. Atque ni dementiae sit Dei litteras humano iudicio perserutari, omnigeni stili exemplum sacri Hebraeorum libri obtulerunt. Moysis enim historiae gravissima maiestate procedunt, in quibus interdum aut vehementes, aut temperatae orationes interpositae, quasi eae conciones, quarum habitus est Polybius inventor, omnem eloquentiae artem exsuperant. Contra vero fervet immensusque ruit ore profundo, quum finem humanae servitutis vaticinatur, ita ut stili sublimitate nullus sit ei ne optimorum quidem poetarum omnino comparandus.

Itaque non modo divino munere acceptum verborum instrumentum inter se colloquentes homines adhibuerunt, sed divino etiam munere sacris libris commissum quam diligentissime servaverunt. Exorta deinde linguarum confusione, ac disiunctis hominibus, hue et illuc per terrarum orbem in superbiae poenitentiam cedentibus, sacrae haec tamen litterae permaneunt, quippe quae religionis erant fundamentum et codex. Hinc indica illa antiquissima poetarum, hinc dein, exultis ingenii, prodire graecorum opera, hinc Platonis dialogi, hinc Pin-

dari odae, Demosthenis orationes, et ne longius enumerando immoremur, quotquot restant adhuc veteris sapientiae monumenta. Quae, temporum facie immutata, quum

*Graecia capta ferum victorem cepit et artes
Intulit agresti Latio;* (1)

genuerunt illos Livios, Sallustios, Ciceros, auctoresque omnes, quibus latinae litterae per universum terrarum orbem gloria excelluerunt. In quo deplorandum est, quod ut stilum antiquorum servaverunt, immo etiam perfecerunt, non item rerum veritatem observaverint; qua in dies fabulis stultiisque novis implicata, innumeris erroribus sanetissimae maiorum doctrinae locum dederunt.

Interim quum philosophicae disciplinae in peius ruerent, quumque morum scientia supra omnes sanctissima fas nefasque miseret, bonaerque artes prorsus interemptae extremum hominibus detrimentum minari viderentur, humaniores tantum litterae suum deus augebant, humanitatemque, ut ita dicam, fere solae asservabant. In quo divinum consilium quis non admiraretur? Nam si architectonicae artis rebus perturbatis, si picturae regulis despectis, eae tamen post temporis intervallum reviviscere coeperunt, non est obstupescendum: regulae enim defecerant, sed aedificia, sed pietae tabulae sculptaeque hominum figurae quam frequentissimae permanebant, a quibus, uno oculorum coniectu, vetus perfectio edisci poterat. At contra litterae nostrae vel voci, vel codicum fragilitati commissae, in eo erant ut facillime perirent, quoadusque saltem librariae artis illa mirabilis inventio vulgaretur; attamen inter hominum incuriam, inter caedes et bella persistirent novo semper fulgore coruscantes. Quod si quaedam profana monumenta, immo quotquot per universum orbem existabant, forte periissent, sacrarum litterarum libri, hominum atque annorum iniurias despiciebant, quia eum concluderent altiorum veritatum divinitus revelatam doctrinam, quibus religio insidet, iure suo incolumitatem habebant. Quare quum Hebraeorum sacerdotes illa volumina, Dei imperio, religiose excolebant, atque in remotiori sacram aedium penetrali asservabant; codicem item totius sapientiae, litteras item nostras excoluerunt, neque solum Hebraeis, sed futuris universi orbis populis historiam, poësim, eloquentiam, atque omnimodam eruditionem asservarunt.

Ex quo autem, perfectis vaticiniis, incepit parvus Dei puer risu cognoscere matrem, — ut cum Marone loquar, — Romae apud Capitolii immobile saxum Pontificum sede constituta, revelatae veritates, tum priscae, tum recentes, eorum curis traditae fuerunt custodiendae. Tunc vero aeternitatis, ut ita dicam, atque universitatis, quas Religio sibi promissas habebat, litterae factae sunt participes: his auspicibus, per omnium aetatuum cursum, quoemque gentium progressae sunt, nec progredi desinent donec dies illucescat, vel regio inveniatur, ad quam sanctissima Christi verba penetrare non debeant. At si haec ne extremo quidem orbis terrarum excidio evenient, quousque homines erunt, quousque felicitatem secatibunt, florebunt nostrae litterae, florebit oratorum et poë-

(1) HORATIUS, Epist. lib. II, v. 156.

tarum fact
inter veter

Quantum

orientur m

vulganda,

pensati g

Romae H

citabit; Ro

matum cu

net, ae mu

Homerica

haud iam

πολλάς;

immo inf

ες

Tum canor
sublimioru
veritates s
atque orat
reddent at
gia facinor
specta mi
consilia, ip
carminum
rius poëtar
informabit,
vertice sid
rum parent
relictis ioc
ornamento,
cris libris
raro idem
seedat. Hi
tamen arg
campos ey
Orphei cit
rum » sup
paeana mo

Quid erg
suasum ha
rumque in
terrupta, e

Quare si
servata at
vina pertra
nuentes q
philosophie
bant, atque
historica r
ipsamque
advocantes
summo eu
tissimis vi
natur. Im
tus mente
quod latina
vit, eam se
omnem hu
nemque glo
paratam, b
haec nostra
sumus, si
eam indic
simis copi
ommium re
rarum pu

(1) VERG.

iones, et ne lon-
gior, quotquot restant
monumenta. Quae, tem-

cepit et artes

ustios, Cicerones,
tinae litterae per
oria excelluerunt.
d ut stylum anti-
tiam perfecerunt,
bservaverunt; qua
vis implicata, in
nae maiorum do-

ae disciplinae in
um scientia supra
que misceret, bo-
tae extreum ho-
iderentur, huma-
deus augeant,
m, fere solae as-
onsilium quis non
onicea artis rebus
lis despectis, eae
allum reviviscere
cendum: regulae
fa, sed pietae ta-
figurae quam fre-
quibus, uno ocu-
io edisci poterat.
voci, vel codicem
erant ut facillime
ibrariae artis illa
attamen inter ho-
et bella perstite-
uscantes. Quod si
mmo quotquot per
te periissent, sa-
num atque anno-
ia cum concluder-
nitus revelatam
det, iure suo in-
quum Hebraeo-
a. Dei imperio,
remotiori sacra-
nt; codicem item
nostras excolue-
d futuris universi-
m, eloquentiam,
in asservarunt.

aticiniis, incepit
re matrem, — ut
apud Capitolii
le constituta, re-
, tum recentes.
stodienda. Tunc
, atque univer-
missas habebat,
his auspicibus,
quocumque gen-
ogredi desinent
inveniatur, ad
penetrare non
o quidem orbis
usque homines
tabuntur, flore-
ratorum et poë-

tarum facultas. Atque a Romano Capitolio, ubi
inter veterum monumenta caput religio extollit,

Quantum lenta solent inter viburna cupressi, (1)

orientur magnanimorum conatus ad studia di-
ulganda, laboresque Pontificum magna com-
pensati gloria pro mortalibus aeterni fient.
Romae Hebreorum sermo studia doctorum ex-
citabit; Romae Aeneidos lingua, sanctorum dog-
matum custodiam sortita, arma virosque desi-
net, ac multo maiora canere aggredietur; Romae
Homericā poēsī cum nova religione consociata
haud iam iram celebrabit, quae

πολλὰς δὲ ιδεῖμοντις ψυχής Ἄριν προτίχει,

immo inferorum loca repraesentabit

Σεσό τε καὶ ξένη ιψι δημητραι.

Tum canoris veterum nugis paullatim despectis,
sublimiorum intellectuum acuminī innumerae
veritates splendebunt, quarum aspectu poētæ
atque oratores commoti vehementiorem stilum
reddent atque perficiunt; tum non heroum egre-
gia facinora, sed universi terrarum orbis con-
specta miracula atque ipsa Dei sanctissima
consilia, ipsique futurorum temporum eventus,
carminum materiem præbebunt. Hinc Alighe-
rius poētarum princeps res stilumque altissimum
informabit, triplicique lauro redimitus sublimi
vertice sidera feriet. Hinc Miltonius ex primo-
rum parentum dedecore gloriam sibi comparans,
relictis iocis, vividis imaginibus, novo trōporum
ornamento, tantas poēticas narrationes ex sa-
ceris libris desumet, ac tam magnificas, ut non
raro idem Homerus victus e comparatione di-
scusat. Hinc Klopstockius quamvis remissius,
tamen argumenti magnitudine sublatus, aērios
campos eyenea voce replebit, donec funereum
Orphæi eitharam pulsans « primogenito mortuo-
rum » super excelsa montis occumbenti sacrum
paeana modulabitur.

Quid ergo plura requiremus argumenta, ut
suasum habeatis Deum ipsum bonis litteris ea-
rumque incremento, providentia numquam in-
terupta, consuluisse?

Quare si studia haec nostra divinitus inventa,
servata atque amplificata reputamus, quasi di-
vina pertractabimus, morem gerere omnino re-
nuentes quibusdam impiis hominibus, qui ut
philosophicas, ut physicas disciplinas pertur-
bant, atque adversas religioni fecerunt, ita hodie
historica monumenta adulterantes, eloquentiam
ipsamque poēticen ad foeda facinora extollenda
advocantes, nostrarum litterarum aedificium
summo cum labore a maioribus nostris pien-
tissimis viris eretum, omni ope destruere co-
nantur. Immo vobis, adolescentes, hoc sit penitus
mente infixum: idem tantummodo initium,
quod latinam, quod italicam sapientiam procrea-
vit, eam servaturum atque aueturum; quo relicto,
omnem humanitatem, nostras omnes litteras, om-
nemque gloriam tantis laboribus antiquitus com-
paratam, brevi dilapsuram. Integra vivet lingua
haec nostra vernacula, cuius nos custodiam sortiti
sumus, si divinum munus, quo sit nefas abuti,
eam iudicabimus, neque scriptoribus ignavissi-
mis copia erit aueupandi atque immiscendi
omnium regionum vocabula, ut nostram litterarum
puritatem corrumpant atque, gentibus

(1) VERG. Ecl. I, v. 26.

exteris plaudentibus, Florentinos dedecorent.
Integra nostrorum patrum volumina, quae sa-
pientiae fama Florentiam Athenis fere aequarunt,
dummodo ea non humano artificio, sed,
Deo duce, fuisse nobis perscripta putemus. Quae
etiam in dies, ut iam acreverunt, magis ma-
gisque accrescent, quum scriptores animum
suum induxerint, non se scribendo vanam le-
gentibus voluptatem datus, sed divino consilio
ac reipublicae bono obtemperatu. Et quoniam
humanae mentes tot falsorum iudicio-
rum vineulis exsolatae, tot rerum novitates,
tanta naturae adhuc recondita miracula inven-
niunt, nullisque impedimentis irretitae coelo-
rum terraque universae potiuntur, quis reputet
quantum incrementum ad studia etiam no-
stra in hoc disciplinarum progressu accedit?

O vos, inquam, fortunati adolescentes, qui
vitam his temporibus nacti, futurorum eventum
innumeram seriem coram vobis adspectatis! O
bene hac tempestate orti, quibus vigens actas
animusque valens litterarum fructus abunde
pollicentur! Sedulo igitur tantae rei operam
navate, studiaque haec nostra, quae sancta sunt,
sanctis moribus exulti aggredimini.....

Ex scriptis M. A. RICCI (1).



PRIMO VERE.....

*Verna cireti gloria
Tua cur adornas tempora?*

*Vae liliis, hei! vae rosis,
Amore cassis Cloridos!*

*Eos profundens lacrymas
Non gemmeas, et rivilus,
Quae flosculorum gestiunt
Dulci frui praesentia,*

*Clamat amaris coculus:
« Ubinam cubas, o lily?
Ubinam, o rosa præfulgida,
Ubinam cubas? » - Et naeniae*

*Aurae dolentes carmine
Palantur... Hei! quis flosculos
Subduxit? Illos insimul
Marcore turpis polluit?*

• • • • •
*Verna cireti gloria
Tua cur adornas tempora?*

• • • • •
*Virtutis almi flosculi,
Amor pudorque, marcidi
Redduntur, hortum gratia
Si forte sparsum nesciant.*

TH. VIGNAS S. P.

PRO ARTE.

GABRIELIS d'Annunzio edita recens sententia
fuit in Italici populi vita maius pondus
artis pulcherrimam operam obtinere, quam tri-
butariam forte legem, aut foedus cum finitimus

(1) Cfr. Vox Urbis, an. III, n. IV, IX, XXIV; an. IV, n. II, XII, XIV.

iectum. At plane si ex maiore studio, quo in
liberales artes populi feruntur, eorum proiectae
humanitatis tutum esset indicium, omnes ple-
rumque hodiernae gentes, ac praesertim Ita-
lia, iam ad barbarae aetatis ostium pulsare-
mus. Numquam enim antea, ut hodie, contigit, ut
cum multiplices sint exemplanda pulchritudi-
nis modi, in oculis omnium versentur passim
pulchrae res pulchraque gesta infinita prope-
modum specie reddit. Numquam contra, ut
hodie, liberales artes invisae multitudini eva-
sere.

Iudicium enim illud tutum certumque, quo
pulchra opera a foedis seiunguntur, populari
sententia corruptum adeo lugetur, ut passim
in artium bonarum publicis recensionibus, quae
frequentes habentur, amentia paene decreta
edita fuerint. Ignotus abditusque gentibus opti-
mus quisque artifex vivit, nomenque eius vix
in amicorum exiguo circulo insonat. Opera eius
quasi aenigma spectat plebs, dum avide con-
tra insolita, abnormia ac rudia conamina de-
miratur. Curiositate atque stupore fertur po-
pulus, neque animorum commotioni aut admira-
tioni ullus est locus, indexque vulgaribus
artificiis, quibus opus e tabula eminet magis
aut illustratur, decipitur. Iamque artifex, qui
olim renascentibus per Europam litteris ne-
cessarius tamquam opifex habebatur, sumptua-
rium locum modo occupare censemur, taedetque
multos eiusmodi artium recensionum, quasi
vires hominum ostendant in vanum laborem
perdi inutiliter atque absumi.

Sunt hi quidem nimiae sollicitudinis fructus
nimiaeque inquietudinis, qua in vitam alendam
incubimus; effectus saepe insatiatae illius
commodorum voluptatumque sitis, cuius stimu-
lis nolentes vel libentes urgemur omnes. Si
quis enim seiunctim sese vivere posse iudicet,
atque beata quiete aliquantulum frui, ille brevi
ipsa turbinis vi, qua fertur universitas atque
respublica, paterna ipsa bona amittet. Iamque
nulla optio reliqua est, nisi quis forte religio-
sam vitam amplectatur, aut cum ceteris in cur-
sum præceps currere, aut ingruentibus post
se fluctibus obrui. Qua de re dum doctrinæ
disciplinarumque progressus vires novas ad ho-
minum usum natura suppeditat, pallescit con-
tra in dies recti atque pulchri species, acriusque
fit ac magis magisque impos capessendae beat-
itudinis intimum desiderium.

Heu! in tenebras ruimus, paucos si excipias,
ingenio selectos, qui in pulchri speciem con-
templandam prorsus configunt, artiumque om-
nium, si qua reliqua est via, fastos adhuc pro-
vehunt. At verbum suavissimum iterantes atque
explanantes quis audit? Quin etiam tanta iam
inter utrumque agmen varia mens facta est,
ut non unus praenunciaverit in duo opposita
genera humanam familiam brevi esse digres-
suram.

Sacerdotes quidam pulchrarum rerum studiosi,
quo tristibus auspiciis quodammodo adversentur
assiduo magisterio adlaborandum suaserunt, et
in ludis et in diariis et in academiis museis-
que... Eequid tamen? Nonne sensus pulchra-
rum rerum nobiscum nascitur, et quasi coelitus
concessum donum plerumque est, quod perficitur
quidem studio atque diligentia, at numquam
gigni valet, ubi natura negaverit?

Atqui malae iam fortunae peiora imminent fata. Res enim artium liberalium adeo esse desperatas causa haec fuit praecepsa, omnia delecta esse incitamenta, quibus ab alto accipiebant homines quidquid verum sanctumque, quidquid pulchrum ac delectabile esset. Namque Dei summi spiritusque humani similis eius notio sublata, in volutabrum ruunt plebes huius unius obiectamenti cupidae: reliqua, quae sensum non sunt, tamquam fabulosa et vana et sibi impropria despiciunt. Harum in numero rerum principem tenent loem, ut philosophia et poesis, musice pariter liberalesque artes omnes, quas non sine ratione maiorum sapientia coelitus data dona hominibus fuisse censuit.

Et plane, nonne in illa tristissima Lutetiae urbis eversione, quae tamquam epilogus Germanici belli exarsit, pulcherrima paene omnia monumenta liberalium artium vidimus igni tradita? Iamque haec averti sibi vesano furore latius esse patranda tribuni plebis, qui «socialism», exitiosum verbum, praedicant mortiferumque venenum: «Materia sumus, — iactant — materiam quaeramus, unusque sit humanae beatitudinis apex, more bestiarum, solute vivere in mundo! Bonis artibus gaudent tantum optimates, equites, mercatores: plebi vero inutilia plenumque gaudia huiusmodi cadunt; numquid earum imperium tolerandum adhuc? Deleamus igitur atque abradamus quidquid marmore aut coloribus aut atramento nugaces viri effinxerunt perdit opera!» Haec blasphemant novae factionis sectatores, ac nonnumquam impudentes effutunt.

Iamque sub iterato huiusmodi barbaro congressu flos pulchri languescit paulatim, atque inclinat caput. Is enim flos est qui terram liceat radicibus imis attingat, verticem tamen purum in aërem extollit, sitique solem atque caelum: quae si prohibueritis, exsiccata brevi corolla decidet. Sed iuvat fideles adhaerere sponzionibus aerius semper, quo magis circum fit desperata salus. Cumque certum habeamus diuinum verbum numquam defuturum, inde et flamen artium ingenuarum, quod ex Deo est, fore ut continuo renovetur speramus. Mox, transacta brevi hae, qua exagitatur, barbara amenita, innovatis diebus, digna pulchri opera ac numquam antea conspecta parientur!

I. ANTONELLI.

RAPHAELIS URBINATIS TABULA
DEIPARAM REFERENS
A SANCTO ANTONIO PATAVINO NUNCUPATAM.

LUTETIENSIS quidam mercator Raphaelis Urbinatis tabulam Deiparam referentem, quam a Sancto Antonio Patavino nuncuparunt, Pier-

pont Morgan, Americano civi ditissimo, recens vendidit, qui pretium illi vices centena millia libellarum solvit: adeo fervet Americanis in animis pulcherrimorum rerum studium quas, cum domi ipsi novissimae humanitatis filii non habeant, per Europam veterem inquirunt curiose, cumque venalia invenerint iam quovis pretio sua faciunt, minime impensa pareentes, dummodo optatam metam assequantur. Itaque non semel nostris ex litoribus summorum artificium opera ad occidentalia litora migrare vidimus, auri omnipotenti vi adquisita, atque persulcare Oceanum eas regiones versus, quae, cum ederentur, ne animo quidem effetae fuere. Contingunt huiusmodi fata iis praesertim pectoribus, quos fortunae arbitrium, usus et consuetudo renascentes inter ditorum coetus proposuit: et nunc

princeps est, damus. Deipara in solio sedet, rubro et aurato panno exornata, cuius ex teeto viridia tentoria descendunt. Puer Jesus in gremio Matris consedit eique benedicenti ad dexterum latus Ioannes Baptista puer adest. Hunc ordine sequuntur Sancta Margarita, ac Sanctus Paulus; in laeva autem Sancta Catharina et Sanctus Petrus geminato ordine prostant. Pars summa, quam omisimus, in lunam flexa, Deum creatorem exhibet inter seraphim duos et angelos duos hinc inde dispositos. A. C.



DE TYRTAEO HUNGARICO.


QUAMQUAM eorum virorum, qui litteris totius orbis terrarum operam dant, quique optimarum artium studio pollent, nemo est, quin de Alexandro Petöfi, ingenio, adversa fortuna, partibus, quas in certamine anno MDCCCL pro libertate tuenda suscepit insigni, denique morte gloria non solum ab iis «qui profundum Danuvium bibunt», sed etiam ab omnibus maximam laudem adepto, aliquid audierit, facere tamen non possum, quin redeuntibus idibus Mart. quae apud Hungaros non minus, quam apud Romanos memorabiles sunt, de vita poetae tam insolita tanquam singulare pauca dicam, quantum licet spatii angustiis adstricto.

Cum inde ab anno MDCCXL homines graves causam popularem in rebus publicis defendere coepissent, non defuerunt, qui populi oppressi fabulas, cantiones et similia colligerent efficientes, ut genus poeseos, quod populare vocant, summopere coli coeptum sit. Conversio rei publicae et litterarum Hungariae eodem tempore facta est.

Summum huius poeseos deus exstitit Alexander Petöfi, qui anno MDCCXXIII kal. Ian. Kis-Körös, in urbe Hungariae inferioris natus est, ubi pater eius maecellum habebat. Praedia latissime patentia, eiconiae, cauponulae iuxta vias aedificatae, greges tempore meridiano quiescentes eorumque tintinnabula molliter tintinnantia, prata, campi, putei, lacus, paludes, arundineta, ludo nescio quo refractionis radiorum in aëre natantia, quam rem Itali «Fatam Morganam», Hungari vero *delibab* dicunt, versusque populi, quos puer audiverat, tam alte in animo eius haerentibus, ut eorum obliuisci numquam poeta potuerit.

Decem annos natus a parentibus Budapestinum missus est, ubi brevi scholam Augustanae confessionis frequentavit, qua relieta, in gymnasium Scholarum Piarum exceptus est. Ibi ex fenestrulis auditorii eius prospectus erat ad illud spatum urbanum, ubi postea ei statua posita est.

Inde in urbem Selmec se contulit; at cum disciplinae scholasticae ne ibi quidem patiens



Raphaelis Urbinatis tabula Deiparam referens a Sancto Antonio Patavino nuncupatam.

Botticelli, modo Perusini tempus est, modo Urbinatis, aut Rubens, aut Velasquez.

Sed, ut eo redeat unde sermo profectus est, tabulam quae nunc exsultat Raphael pinxit summa iuventute anno MDVI et Vasarius callamo descripsit; iuvat autem eius viceissitudines persecui. Documentum quoddam anno MDLXXVII rogatum tabulae memoriam facit, eum Sodales Franciscales eam Bigazzino euidam Antonio vendiderint ea clausula tamen ut exemplar saltem sufficeretur. Paulo post, — Cavalcaselle pictoriae artis historicus auctor est, — Columnae gentis tabula fuit; serius in regali Neapolitano oppido morata est, quousque reges e Borbone semine viguere. Inde a Ripalda dynasta empta ac Londinensi pynacothecae custodienda tradita, donee, Ripalda vita functo, ad haeredes migravit; exque iis nunc Americanas in aedes Morganii, ubi tandem sperandum est fore ut quiescat.

Bipertito ex opere infimam partem, quae

esset, pater n...
lium denega...
acerrima ped...
cum patrem...
fugit, et in th...
dixit.

Deinde van...
(Romani ear...
feetus est, et...
anno MPCCC...
exubias age...
complebat, u...
in Norici (Sty...
tatus militian...
reversus est.

Tempore b...
trita veste n...
pedibus iter...
partim discip...
Anno MDCC...
naeum » qui i...
auctoritatis,



« Dom

marthy erat, ea...
lucem est editi

Tota fere H...
peragrat, ann...
breem venit,
etiam gravi m...

Quo quidem...
editorem qua...
tulit. Neque sp...
Nemzeti Kör, su...
carmina eius e...
gratissimo ani...
Michaelem Vör...
gariae viris »

Deinde ut...
dilectissimum...
tum externos a...
atque Anglican...
citatio erat, ut...
ulla difficultate...
riolanus » ins...
sermonem Hun...

Cum se totu...
nere epico et...
Verumtamen r...

in solio sedet, at, cuius ex teeto Iesus in gremio ad dexterum est. Hunc ordine Sanctus Paulus; et Sanctus Petrus. Pars summa, Deum creatorem et angelos duos A. C.

NGARICO.

qui litteris totius mentis, quique optimi studio pollent, de Alexandro adversa fortuna, in certamine anno libertate tuenda, denique morte dum ab iis « qui auvium bibunt », omnibus maximam aliquid audierit, non possum, quin bus Mart. quae non minus, quam memorabiles sunt, tam insolita tamque dicam, quam angustia adstricto.

anno MDCCCXL causam popula-publicis defendere defuerunt, qui fabulas, cantio-collerent effusus poeseos, quod sumnopere colo-versio rei purum Hungarica-pore facta est. us poeseos decus der Petöfi, qui Kis-Körös, in us est, ubi pateria latissime pa-duxta vias aedi-fidianio quiescen-tollerit tinnien- paludes, arun-ctionis radiorum li « Fatam Mor- dicunt, versus- rat, tam alte in n obivisci num-

asset, pater maximo moerore afflatus filio auxilium denegavit. Ita factum est, ut Petöfi hieme acerrima pedibus Budapestinum iter fecerit, ubi cum patrem ex inopinato convenisset, eum effugit, et in theatro quodam officio humili sese ad-dixit.

Deinde variis iactatus casibus in urbem Sopron (Romani eam Scarbantiam nominabant) profectus est, et libertatis cum esset amantissimus anno MDCCCXL militiae nomen dedit; cumque excubias ageret, paries tabernulae versibus complebat, ut se a taedio liberaret. Cum autem in Norici (Styriae) capite moraretur, morbo tentatus militiam valere iussit, et in patriam suam reversus est.

Tempore brumali anno MDCCCXL tenui et trita veste militari indutus, in urbem Pápa pedibus iter fecit et duos annos insequentes partim discipulus, partim histrio consumpsit. Anno MDCCXLII in commentario « Atheneum » qui inscribitur, tunc temporis maxima auctoritas, cuius moderator Michael Vörös-

quamquam carmen epicum, quod János vitéz (Iohannes fortissimus) inscribitur, omnibus placet. Omnia carmina eius anno MDCCXLVII edita sunt, quo anno multis difficultatibus super-ratis Iuliam Szendrey in matrimonium duxit. Anno in sequenti in carminibus omni studio magis magisque ad rem publicam ferebatur.


Rerum commutationem, « ut animalia terrae-motum » ita in futurum praesagiebat. Idibus Martiis cum tumultus re vera esse cooperunt, ipse iuventuti Budapestinensi praeverat, quam carmine, quod Nemzeti dal (Carmen nationis) inscribitur, ardore pleno hortatus est, quod quater cum inflammatione animorum audiendum pronunciabat, quodque eo ipso die prelo in libertatem vindicato prodit.

Postea cum patria ab hostibus undique premeretur, poetam libertatis sitentem ne coniux quidem tenera impedivit, quominus ad libertatem tuendam arma caperet. Poeta in carmine, quod Egy gondolat bánt engemet (Ea cura confior...) inscribitur, quam mortem desidera-


quibus Roosevelt praeses Imperiale Principem exceptit.

Aedibus Washingtonii, in civitatum Nordicae Americae urbe capite, Executive Mansion proprium est nomen, at vulgo « Domus alba » appellatur: domus enim albis petris constat omnis; contignationibus duobus extulit teetum, aditusque patet ex peristilio octo columnis insigni. Adams praeses anno M DCCC ibi primus habitavit; exinde eius successores usque. Qui circum late protenditur ager ad praesidem quoque pertinet, adestque hortus floribus pulcherrimus. Aula maxime insignis « orientalis » vocatur, vi-ginti metrorum longitudine, latitudine decem et octo, optimeque exornata, eaque patet civibus quotidie ab hora decima ad decimam quintam. Superius autem, in secunda contignatione, sunt cubiculum a studiis quo sese praeses recipit, aula coetu administratorum habendo, domusque pars, quam praesidis familia occupat.

LAELIUS.



« Domus Albae Washingtoniensis » prospectus exterior.



« Domus Albae Washingtoniensis » aula orientalis.

marty erat, carmen eius Borozó (Vini potor) in lucem est editum.

Tota fere Hungaria cum caterva histrionum peragrata, anno MDCCXLIII in urbem Debrecen venit, innumeris angustiis pressus et etiam gravi morbo affectus.

Quo quidem cum est recreatus, carminibus editorem quaesiturus se Budapestinum constituit. Neque spes poetam fecellit; nam societas, Nemzeti Kör, suadente Michaeli ipso Vörösnarty, carmina eius emit et vulgavit. Cuius rei Petöfi gratissimo animo in epistulis mentionem facit. Michaeli Vörösnarty « unum ex summis Hungariae viris » nominans.

Deinde ut eruditio augeret Horatium dilectissimum aliquos poetas cum Hungaricos, tum externos assidue legebat. Lingua Gallicam atque Anglicam didicit, tanfaque earum exercitatio erat, ut Shakespeare et Béranger sine ulla difficultate legerit, fabulamque, quae « Coriolanus » inscribitur ex idiomate Anglo in sermonem Hungaricum mira arte transtulerit.

Cum se totum litteris dedisset, quid in genere epico et dramatica poesi posset, tentabat. Verumtamen non his gloriam sibi comparavit,

verit, exponit. Id unum Deum rogabat, ut invenis, in acie, pro libertate moreretur, suumque cadaver ungulis equorum conculcatum in communi sepulcro condenseretur. Neque Deus libertatis eius precibus non indulxit; nam pridie kal. Augustas anno MDCCXLIX non longe ab oppido Segesvár mortem gloriosam appetiit, illa Horatiana « dulce et decorum est pro patria mori » vera esse egregie demonstrans. Fuerunt, qui eum in fodinas Siberiae portatum esse dicent; sed huic suspicioni fides non est tribuenda.

Scribeb. Keszhely, V id. Mart. MCMII.

VINCENTIUS LAKATOS.

« DOMUS ALBA WASHINGTONIENSIS ».

DE splendiissimis feriis Henrico Borussorum principi ab Americanis civibus paratis fuit per diaria omnia et populos his diebus sermo frequens atque fusus; neque nos abstinuimus, qui immo lectores hodie ad loca ducimus, in

DE EFFOSIONIBUS CIRCA PRIENEM

SIQUA fides iis habenda,

quae Græcia mendax
Audet in historia,

ab Ionicis advenis excitata Prienes urbs olim, anno millesimo ante Christum, fuit. Iucundissimus erat oppidi locus pro litore Minoris Asiae in conspectu Sami, quae Aegei maris insula est, editaque in regione ad radices montis Mycaleis; agro fruebatur uberrimo, messibus, olivis, vitibusque aptissimo, quem hinc mitis atrae maris perflabant, hinc Meandri fluminis aquae alluebant; mari, flumine, Latmio sinu navium et negotiatorum viis opportunus. Quo factum est ut brevi et maximis opibus, et frequentibus habitoribus ita ererit, ut una omnium Prienes e coloniis Ionicis praecipue floruerit.

Meander flumen vero, quod fines Heraclaeen-sium et Milesiorum dextrorum, sinistrorum autem per Priensem, ut diximus, agros per-vadit, in Aegeum pelagus influit tanta lenitate,

ut oculis in utram partem fluat indicari non possit, quin etiam tot ambagibus nunc in ostia, nunc in fontes circumflectitur, ut ad ornatum potius quam ad fluendum in alveo dispositum videatur. Inde facile coniici potest quantum inundationibus humi vim, et glarearum arenarumque copiam in agros quotannis effundat, quantum agri quotannis litoribus, propulo ultra mari, addat, quantum camporum modo sit ubi naves olim remis velisque liberimae veherentur. Quae igitur portae urbis initio fluetibus rorabantur sensim, labente saeculo, habuerunt amotos, nunc vix a longe fluctus respiciunt, et qui olim navibus portus, ac sinus, nunc lacteis et brassicis et messibus campus et hortus est. At dum primum est condita urbs, ac dum prima saecula Prieni secunda fluxerunt, oppidum illa fuit aree inexpugnabili munitum, maenibus turribusque firmatum, pisco mari, negotioso portu ditatum, omnibus iueunditatis, commerciorum, securitatisque numeris absolutum.

Sed nihil aeternum terris atque immutabile, et sua fata sunt urbibus etsi felicissimis. Lydi primum bello expugnarunt multa vi, postea multa, bello contra Samios aestuans, adversa talit, defecit viribus; denique, anno circi-

7] FABULAE SELECTAE FONTANII
A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE
PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS.

XXIX. — CORVUS AQUILAM AEMULANS.

Praestantem rapiebat orem Iovis armiger, ales;
Rem corvus quidam non procul inde videt.
Inglurie par augur avis, licet unguibus impar,
Prædam consimilem surripuisse parat.
Circuit ecce gregem, tandemque ex omnibus unam
Deligit, insignem pondere, lanigeram;
Dignam, pontificum quam mactet sacra securis,
Inque dapes iussam crescere rite deum:
- « Nescio - clamat edax, oculis dum devorat agnam -
Quae te lacte parens parerit alma suo.
At tibi multa caro, ni fallor, et optima gustu,
Quae dabat in mensam ferula grata meam».
Mox in balantem passis citus irruit alis;
Irruit, at gravior bestia caseolo.
Huic erat impexum vellus densumque, redundans
Ut, Polyphe, tibi spissaque barba fuit.
Sic igitur raptor villis innexuit unguis,
Ut fuerit misero iam via nulla fugae.
Pastor adest; corrus capitur qui carcere clausus
Vimineo, puerus praeda iocosa datur.
Certus cuique modus, quem non excedere possis
Illasus, corvi sors ut acerba monet
Saepse impune latro tentat, latrunculus unde
Pleetitur, exemplo tractus et ausus idem.
Non uni populum suerere vorare potentes;
Vespa fugit poenam, musca minuta luit.

XXX. — PAVO AD IUNONEM.

Iunonem querulus pavo sic ausus adire:
- « Iuve - ait - ac merito nonne ego, dira, queror?
Haec mea vox, eademque tuum miserabile munus,
Auribus ingratis edit acerba sonos;
Parvula dum philomela soror molli atque canoro
Corda movet cantu, veris et audit honos».
Indignans Iuno: - « Quid? - ait - tibi guttura poscis,
Ambitiosa, simul dulcia luscinae?
Invidiose, tace! cui splendida colla resplendent,
Iridis eximium multicoloris opus.
Nonne satis tibi, quae pandis, miracula caudae,
Qua gemmata nihil pulchrius India habet?
Quotquot ares volitant sub Olympi fornice vasto,
Dinumera: veneres aequat an ulla tuas?

ter DXL ante Christum, in Persarum potestatem, Mazare duce hostium, redacta Prienes est, qui et ad internectionem saevit, et reliquos incolas deduxit captivos in Persidem. Sed neque Persis constans perpetuaque fortuna fuit, quos Alexander Maceo, Philippi regis filius, prostravit, sibique subiecit. Tunc Prienenses de civitate, et urbe sua restituendis cum cepissent consilium, eodem Alexandro favente, Prienem iterum aedificarunt; legitur immo in delubro Prienensis Minervae huiusmodi inscriptio: ATHENÆ POLIADI REX ALEXANDER. Tanta autem fuit huius templi elegantia, ut apud prisces summis passim in laudibus habita sit, quum architectura apicem supremæ perfectionis attingeret. Dicitur opus illius Pitii architecti, qui et auctor mausolæ, recensit inter miracula orbis terrarum, dicitur, nonnullorumque ibi aedificiorum insuper molitione clarus exstitit. Huius pariter celebratur opus Aeseulapii templum; huius praeterea dispositio urbis totius. Poliadis Minervae aedificatus delubrum omnem Pitius virtutem adhibuisse fertur, qua pollebat ferme divina, specimenque insuperabilis, immo inexaequabilis ingenii sui fecisse. Constituit enim illud in summo rupis, quasi acropolim, undique excisa, ex qua late prospectus in om-

Cuique suam dedimus dotem, non omnibus unam:
Sunt qui, præ reliquis, robore, mole valent;
Bellatrix aquila est, falco levis; omnia laeta
Dat corvus, cornix fata sinistra canit.
Vox sua cuique placet; vanos aut desine questus,
Aut faciam, plumis iam spoliere tuis».

XXXI. — LEO ET ASINUS VENANTES.

Rex pecudum voluit, renando, quaerere praedam,
Natalem cupidus mox celebrare suum.
Digna leone levis non est passerculus esca;
Dama sed insignis, cervus aperque potens.
Commodat huic operam, quo res bene vert at, asellus
Praeditus ille quidem gutture stentoreo,
In dumis asinus (venatica buccina) noster
Frondibus obiectus, rege iubente, latet.
Iamque leo, certus non ullam posse ferarum
Ferre sonos, asinum clangere fauce iubet.
Non assueta prius resonare tonitrua tanta,
Terrifico strepitū silva repente fremit.
Terror silvicolas latebris erumpere cogit,
Terror in excubias, limina mortis, agit.
- « Non bene te iuri? » - post caudem dixit asellus,
Ceu sibi praedarum cederet omne decus.
- « Mire es vociferatus - ait leo - qui, nisi nossem
Teque tuumque genus, teritus ipse forem».
Forte auritus ad haec ira, ni damna timeret,
Flagrasset, carptus non sine iure tamen.
Iactantem quis enim, placidus, patiatur asellum?
Prodigium rarum, gens asinina tumens.

XXXII. — MOLENDINARIUS, PUER ET ASINUS.

Empirium molitor, nato comitante, petebat,
Ut numerato asinum renderet aere suum.
Ille senex, natusque puer, sed qui tria lustra,
Si memini recte, riderat orta sibi.
Quo pluris, quia floridior, veniret asellus,
Hunc, pedibus iunctis, in sude roborea
Suspedit, gestantque velut grave candelabrum.
O gerulos bardos, stipitisbusque pares!
Qui prior haec cernit, risu dum rumpitur: - « Ohe!
Quo vos - exclamat - Bacchus utrosque rapit?
Ternis ex asinis, quadrupes sapit hercule solus».
Mordet, nec leviter, sanna faceta senem.
Errorem fassus, pecudem decurrere cogit.
Quidquid hians animal, dum rudit, obloquitur.
Delectabat enim pigrum modus alter eundi;
Ferri vellet adhuc, ferre recusat herus.

nem regionem, in urbem omnem, eius viae praecipuae deorsum ad spectandum quasi convergent et coniurarent. Nihil ex omnibus architecturae industriis, ut egregium excelleret, inausum aut intentatum reliquit; at, — mirabile dictu, et vix credibile scribenti, — ubi supremum urbi exterminium fuit, quadam illuni nocte obsitum tenebris ita fuit, ut nemo quaereret, nemo vestigaret ex nostris, quibus tamen tanta optimarum artium cura, tanta monumentorum veterum sollicitudo est.

Primi Chandler et Revett, anno MDCCCLXV, inviserunt; anno MDCCCLXVIII Pullan, otioso penitus intercedente saeculo, effossionibus circa peractis, in nomen restituit. Minime amplitudine eminebat, at ita proportione partium, ita distributione et ordine circumstantis urbis existabat, ut longe maius et augustius videretur, quam re esset. Alexandri dicantis testimonio intra decennium, quod ab anno CCCXXXIV ad annum CCCXXIII ante Christum natum, pulcherrimae molis aedificatio constituitur. Quum autem rara sint in Minoris Asia tempora graeco debita ingenio, quibus certa adiudicari aetas possit, hoc Poliadis Palladis delubrum maximi habendum putatur. Materies, qua constabat, erat e subfuso marmore quodam, a chrysal-

Hic, equitare iubens natum, sequitur pedes ipse,
Occurritque viris (haud mora longa) tribus.
Trinos offendit species equitantis ephebi,
In quem sic natu grandior inrebitur:
- « Heus! imberbis eques, cui servit candida barba,
Cede locum servo: bisne monendus eris?
Te peditem, validi qui eritis es, ire decebat;
Debut invalidum bestia ferre senem».
His molitor: - « Quae vultis, ago; descendere natum
En iubeo; sessor, denehar ipse pater».
Mox subeunte puellarum grege, clamitat una:
- « O puerum lassum, qui pede carpit iter!
Interea genitor, mitrati praesulis ora
Turpiter affectans, en ritulatur iners».
- « Die - strepit ille - meos ritulus num virit in annos?
Garrula (crede mihi) perge, puella, riam».
Qui tamen expertus nora passim scommata, sese
Incusans, puerum pone sedere iubet.
Rursus at in bino equites, quibus unica sella,
Mordaces spargit tertia turba sales:
- « Delirant isti - sic unus; - asellus anhelans
Deficit; huncque necant pondere, verberibus.
Sarcina nonne duplex onus intolerabilis? Saevos
Emeriti famuli num mala nulla movent?
Ah! miseranda pecus, tibi tua est orta suprema,
Venalisque foro cras tua pellis erit».
Indignans molitor: - « Res est stultissima - clamat -
Omnibus et patruo' velle placere suo».
Facturus tamen his gratum, descendit uteque,
Et, quod iter superest, quisque pedestre agit.
Interea, retut antistes, spatiatu asellus;
Quem vacuum cernens, obvius alter ait:
- « Hisne solent iumenta locis horrere elittellas,
Dum sua gratuito crura fatigat herus?
Quis demum natus, dominusne asinusne, labori?
Cur hunc, eum divum, non sacra capsu tenet?
Nempe terunt crepidas, pecudi ut parcatur inertis.
Non ita Damaetus Phyllida pastor adit;
Insidet (ut vulgare melos proclamat) asello:
O asinina trias, stultissimæ potens!».
Tum pater: - « Hoc asini, fateor, sum nomine dignus;
Sed mea gesta prolixi postea, sive secus;
Dicant, seu taceant: faciam quod me iuvet ipsum».
Itaque senex fecit, fecit et egregie.

(Ad proximum numerum).

¹ Apud Latinos in proverbium abiit patruorum morosa se-
veritas. Hinc Cicero (*pro Caelio*, XXX): « Qui in reliqua
vita mitis esset, fuit in hac causa pertristis quidam patruus,
censor, magister». Et Horatius (*Sat.*, II, 3): « Ne sis patruus
mihi».

lino nitore n
liretur; capit
columnis pil
niam column
mus ionici o
huius ritus d
sum, sed ex
cet, minuunt
rus » absit,
premat. Hoc
est, quippe i
manie arche

Urbi corpor
opes, Human
adorientibus
effossum, et
dispositumque
insulae sunt
occidentem, a
Domorum por
patebant vias
rima decorab
unum quod Po
hic ioniae de
ries porticibus
reæ mensæ
marmorei crat
tes, tum cand
ritia, quibus
mina, vicesqu
inter quotidiae
haberentur. T
Graecis haec
hoc damna te
In occidentali
ficatio columni
rubroque colori
septem ac di
marmoreis re
certis locis se
ex marmore p
que constituti
tare, quod in
invenire fas, l
centro, sed in
ret campus, l
more constet,
antiquitate. O
theatri Priene
tem recitari
hoe; actores
luminis const
nium solere,
ratos parietes
Notandum
pertum esse,
bet, sive con
convenire illu
de rebus act
rent. Hie pri
stributa iuxta
etangulo est.
quadratum sp
mox tria per
centum et qu
mus paries la
aulae lux et a
omnino semi
quod quidem
areu in aqua

em, cuius viae praesum quasi convergerent omnibus architectura excelleret, ina sum mirabile dictu, et ubi supremum urbi lumi nocte obsitum quaereret, nemo vetamen tanta optimorum ve-

, anno MDCLXV, VIII Pullan, otioso effossionibus circa Minime amplitudine partium, ita instantis urbis ex agustius videretur, dicantis testimonio anno CCCXXIV ad ristum natum, pulchritudinam constituitur. Quum Asia templo graeco a adiudicari aetas s delubrum maximi es, qua constabat, uodam, a chrysal-

guitur pedes ipse, a longa) tribus. tis ephesi, invehitur: erit candida barba, endus eris? s, ire decebat; e senem». go; descendere natum se pater». clamitat una: de carpit iter! lis ora tur iners». us num vicit in annos? pella, viam». im scommata, sese re iubet. bus unica sella, a sales: asellus anhelans lere, verberibus. tolerabile? Saevos alla movent? est orta suprema, lis erit». stultissima - clamat - acere suo». escedit uterque, ne pedester agit. asellus; alter ait: porrire clitellas, gat herus? asinusne, labori? cera capsu tenet? ut pareatur inerti. pastor adit; amat) asello: potens!» r, sum nomine dignus; ea, sive secus; od me iuvet ipsum». regie.

uit patrum morosa se XXXI: « Qui in reliqua artis quidam patruus, II, 8): Ne sis patruus

lino nitore non abhorrens, ubi diligenter exploraretur; capitella autem paro nivea marmore columnis pilisque superimponebantur. At, quoniam columnarum hic facta mentio est, monimus ionici ordinis columnas in hoc a reliquo huius ritus differre, quod non ex dimidio sursum, sed ex dimidio in basim, deorsum scilicet, minuuntur; singulare vero quod « zophorus » absit, et corona immediate epystilium premat. Hoe autem Pitii in more putandum est, quippe in templo Aesculapii eadem Germanici archeologi, Pullan duce, repeterunt.

Urbis corpus, museo Berolinensi suppeditante opes, Human et Kekulé, scitissimis viris, rem adorientibus et moderantibus, fere ex integro effossum, et architecto uno Pitio constitutum, dispositumque appareret. Septuaginta domorum insulae sunt rectis divisae viis ab oriente in occidentem, a borea in meridiem pertinentibus. Domorum portae in vios potius quam in regias patebant vias, interiora aedium arte pulcherrima decorabantur, eeu Pompeiis, hoc praeter unum quod Pompeiis architecturae doricae ordo, hic ionicae dominabatur. Erant columnarum series porticibus amplis dispositae, erant marmoreae mensae leoninis impositae pedibus, erant marmorei crateres super truncis marmoreis hiantes, tum candelabra, tum simulaecra illa laterritia, quibus vel numen, vel plura simul numina, vicesque eorum ostenderentur, vel quae inter quotidiana vitae humanae tunc temporis haberentur. Theatrum praeterea repertum est in Graecis hactenus nullum, quod minus Prienensi hoc damna temporis hominumque expertum sit. In occidentali proscenium latere integra aedificatio columnis adhuc innititur, quae plumbeo rubroque colore ornabatur. Orchestra per metra septem ac dimidium radio circumfit, et sedibus marmoreis recurrentibus clauditur, quas inter certis locis sex, vel quinque throni assurgunt, ex marmore pariter, sacerdotibus magistratibusque constituti, qui prae reliquis eminerent. Altare, quod in theatris graecis numquam antea invenire fas, hic adest, non tamen in orchestra centro, sed iuxta sedile, ut choro maior patret campus. Proscenium hoc, eo quod ex marmore constet, proscenia reliqua late superat antiquitate. Claret insuper, ex hac dispositione theatri Priensis, praecipuum fabularum partem recitari olim non super odeo, sed coram hoc: actores autem tres per ianuas in intercolumnii constitutas ingredi ab odeo in proscenium solere, et sua dicere iuxta huius decorum parietes.

Notandum quoque credimus locum etiam repertum esse, quem « ecclesiam » appellare libet, sive conventum locum, quippe quia cives convenire illuc, et illic sedere solerent publicis de rebus acturi, sive consulentes, sive decernentes. Hic primum inventa sedilia in orbem distributa iuxta aulae muros; aula namque in rectangle est. In praecipua autem aulae parte quadratum spatium eminet, cui medium altare; mox tria per haec latera tot sunt sedilia, quot centum et quingentos capere viros possent. Ultimus paries late hiantem fenestram habet, unde aulae lux et aer; meridiem prospectat, areuque omnino semicirculari coronatur, non epystilio; quod quidem mirabile et singulare; nam Graeci areu in aqueductibus, in cuniculis, et in huius-

modi, quae sub solo essent, numquam tamen in aedificiis et in aperto utebantur; quapropter qui rebantur areum fornicumque disciplinam ex Minoris Asia deuenisse, iure illi rebantur.

Nuperrimis hebdomadis aliud repertum templum est, adhuc optima in operis conditione perseverans, tum inferius urbi stadium, tum gymnasium additum, omnino graecum, ne romano quidem zephyro ventilatum. At Byzantinae ecclesiae aedificium super theatrum illud exstebat; cuius neque parvae, neque solitariae reliquiae. Hiscene indicantur supremus Prienensis dies, et ultima gentis ruina? Nemini fas est iudicare quid curiosis Graecarum rerum ex hisce Prienensis effossionibus sit futurum, quippe ruderis, humusque superimpositus, et ruinae saepe abundat, quae nec speranda quidem putamus. Hoc tamen affirmare valemus, pulcherrima inde exspectari, unde lux tanta historicis rebus et optimis ingenuarum artium disciplinis emersit.

SENIOR.

EX BATAVIA

De certamine poetico Hoeufftiano.

Accepimus, ac libenter edimus:

A. d. VI Idus Martias in conventu Ordinis Litterarii Academiae Regiae Disciplinarum Nederlandiae relatum fuit de XXIX carminibus, quae Amstelodamum missa fuerant ut de praemio Hoeufftiano aurei numismatis hoc anno certarent. Victor renuntiatus fuit **Ioannes Pascoli** ex Castro Sancti Mauri, qui *Centurionem* cecinerat. Praeterea sex carmina laudata fuerunt, nempe: *Musa redux*, *De re cyclistica*, *Vulcanus*, *Telemachus et Eucharis*, *Rus Albanum* (1), *Hymenaea*. Haec quoque carmina legati Hoeufftiani sumtibus edentur, si poetae veniam derident scindulas aperiendi.

H. T. KARSTEN

Aead. Reg. h. t. ab actis.

Amstelodami, ipsis Id. Mart., 1902.

DE MINUCHI FELICIS "OCTAVIO,"

Sed quo eiusmodi deliramenti insulsitas aperiunt patescat, iam creata quaque spectatu mirabiliora, rapido quidem at venustissimo penicillo depingit: spatia aetherea limitum nescia; solis lunaeque statis temporibus cursum velocissimum; menstrua incrementa decrementaque lunae; lucis tenebrarumque vices continuatas; stabilissimum quatuor anni temporum ordinem mira frugum varietate distinctum; circumscriptos certis limitibus tumentis Oceani fluctus; alternos ultiro. citroque aestus; labentia nunc citius, nunc tardius flumina; assurgentess modo lenius, modo rigidius montes; porrectos in immensum campos; additam animalibus suam quibusque tutelam; denique, praeclaram humani corporis speciem, cuius ne unum quidem membrum ipsius aut necessitati, aut utilitati non sit accommodatum;

(1) Parcat cl. scriptor intemperanti, qui videri potest, *Vox Urbis* animo, revelantis auctorem huius laudati carminis esse FRANCISCUM XAV. REUSS nostrum, cui ex animo gratulamus.

(2) Cfr. an. IV n. V.

maxime vero mirandum hominis vultum, quo, licet omnes sint similes, certa tamen lineamentorum sive dispositione, sive varietate ita remaneant dissimiles, ut singulos sine ulla dubitatione internoscas.

Neque vero rerum tantum universitati, sed quibuslibet etiam mundi partibus servandis ornandisque divina providet industria. Sic « Britannia - inquit - sole deficit, sed circumfluentis maris tempore recreatur. Aegypti seicitatem temperat Nilus. Colit Euphrates Mesopotamiam. Indus et serere Orientem dicitur et irrigare ». Hie, forte quaeret quispiam: Unde ille accepit « Britanniam sole defici? » Verum, idem relatum animadvertis a Strabone, antiquorum geographorum principe (1), qui perhibet eam regionem imbris nivibusque adeo madescere, ut vel sereno caelo, caligo quaedam obtineat - ita ut toto die non ultra tres aut quatuor circa meridiem horas conspici sol possit ». Quin imo Caesar (2) insulas commemorat quasdam britannico litori obiectas « de quibus nonnulli - inquit - scripserunt dies continuos triginta sub bruma noctem esse ». Exaggeratus quidem rumor iste, facillimus tamen explicatu! Quae enim tam mira sunt ac portentosa, quae de terris narrari dissitis inexploratisque non contigerit? Fuerunt autem tum Britanniae partes non paucae etiam armis imperviae Romanorum. Quam vero apte ad probandam summi Dei Providentiam cetera conduceant ab eo memorata, nullum certe effugerit.

Iam superest ut ultimum confringat adversus adorandam Providentiam veluti tormentum: aequam videlicet bonorum malorumque fortunam. Fatendum sane est non pro meritis reperi, in hac vita, bonis bona, mala malis: quamquam improbi specie potius quam re felices sunt habendi. Quid auri enim prodest fulgor, si imum pectus moeror opprimit? Quid corporis voluptates, si animus conficitur aerumnis? Ceterum paupertas neque infamia est neque miseria, sed gloriae virtutisque firmandae aut comprandae iugis occasio. Noster quidem animus « ut luxu solvitur, ita frugalitate firmatur ». Deinde vere dives est qui nullam rem concupiscit: vere pauper qui, quamvis divitiis afflitus pluribus, adhuc inhiat.

Vana quoque obiectio ex acerbioribus christianorum suppliciis petita, quibus Deus non solum providus in suosque beneficis non negatur, sed etiam confirmatur. Teste enim Ioanne Apostolo, « quos amat castigat », ut adauero labore certaminis, insignior victores gloria suscipiat. Quae quidem doctrina non solum fidei, sed ipsius quoque rationis lumine innotescit, et operae pretium est ut animadvertis quam disertis verbis eam Seneca expresserit: (3) « Hos Deus quos probat, quos amat, inducit, recognoscit, exercet. Eos autem, quibus indulgere videtur, quibus parcere, molles venturis malis servat ».

Sed quid opus est probationibus? Ecce omnes, docti et indocti, si ferat occasio, Deum palam aperteque confitentur. Et enim « audio vulgus, eum in caelum manus tendunt, nihil aliud quam Deum dicunt, et: Deus magnus est; et: Deus verus est; et: si Deus dederit. Vulgi iste na-

(1) Lib. IV Geogr.

(2) Lib. IV de Bello Gall.

(3) Lib. de Provid. cap. IV.

turalis sermo est, aut Christiani confitentis oratio? » (1). Certe, mens humana quantislibet vitiorum vineulis obstricta errorumve obvoluta tenebris, sui tamen Creatoris obliviae sunt nuncquam, eius quippe notitiam ab ipsa natura intimis pectoribus gerimus inscriptam.

(*Ad proximum numerum.*)

A. SORDET.

ANNALES

Boerorum victoria — Philippinarum res — Albanenses in Turcas bella molientes — Similis Macedonibus et Armenis mens — Russorum seditiones.

BOERORUM fortuna maximam his diebus vitoriam consequuta est. Methuen. Anglorum imperator, ad Tyveebosch loca improvisa agressione prima luce ab hostibus est fusus, ipseque in femore glandis ietu vulneratus captivus est factus.

Necopinatam cladem tribuunt Angli mulis suis onerariis atque bubus, qui longo agmine ac lento parumque docili inter equitum alas atque unam cohorte iter faciebant. Qui non aliter quam elephantes Annibal, primo congressu proeliique fragore territi, discurrere per agmen furenti impetu coepere atque perturbare ordines. Eorum itaque incursu commoti breviter ac disiecti equites usque sexcenti, iisque immiores, qui post brevi pugnam fugam capessentur. Cohors peditum contra a Pais tribuno dueta, firma facie ad tres horas restitit fortiter, donec undique oppressa arma ponere coacta est. Pais tribunum cum suis dimiserunt statim Boeri; Methuen autem secum abduxere ut vulnus eius curarent; deinde in libertatem rursus vindicarunt, ob magnanimum animum non minus quam ob virtutem fortissimam felicesque ausus omnium admirationem meriti.

*
Sed tamen haud brevi tristissimum hoc bellum conficietur; nam licet Boeros oppresserint, eadem sors Anglis erit, quam in Philippinis insulis contingere Americanis occupantibus audiimus nonnumquam: quorum novissimis armis incolae non minus quam Iberieis quondam dominantibus perquam resistunt. Sunt enim et ibi ut in Traansvaal eastra posita heic vel illie, quibus congregarentur incolae, quorum forte oppida aut casas belli furor incenderit vel deleverit: sunt et assiduae militum advelitationes, quas immo loci natura, ut est divisa et interrupta mari et totidem insulis constans, faciliores reddit et tutiores aggredientibus. Quo bellandi ritu dicere non est quam graviter vires militum labefactentur, ita ut modo notum fuerit eorum manipulum Manillam in urbem esse reversum, cum plerique pedites nimio labore confecti in amentiam usque incidissent.

*
In Europa, bellica si quae sunt, in Turcas parantur. Albanensibus modo locus est atque Illyricis, Bysantino imperio adhuc subiectis. Qui quidem elata iterum summis in montium iugis cruee, quam Georgius ille Castriota vir

(1) Cap. XVIII.

fortissimus olim tanta gloria movit in Mahumetanos, sese proelamarunt iterum ab dominis solutos, nec amplius barbarae genti atque infidei servos esse velle: quapropter consertis manibus et armis coram suis sacerdotibus iterum sacramentum ediderunt pro aris et focis sese pugnaturos, quousque tandem patrium litus ab omni servitute redimant, deturque et sibi in re publica libera vivere.

*

Pertant eadem atque moliuntur numquam fessi inde Macedones, hinc Armeni: at indigna hactenus fortuna. Turcae milites in oppido ad Monastir domus Christianorum occuparunt, cives vulnerarunt, mulieres suas fecere; nec tamen magistratus ullus ad compescendos Tartarorum animos suam auctoritatem interposuit. Armeni qui Erzerum in suburbano atque in provincia incolunt migrare sese in Russorum fines petierunt, ut dominorum persecutiones effugerent. Interea Byzantini tyranni decreto vetitum est ne in Armenorum scholis vetere historia pueri imbuantur: qua de re Armenorum Patriarcha sese munus relietur protestatus est, nisi libertas restituatur.

*

Vicissim in Russis, non aliter quam in reliqua Europa, exardescunt in dies magis popularium factiones, eoque intemperantius quod anctoritas et imperium manent illuc graviora. Coalesceunt enim iuvenes athenaeis operam dantes, et opifices et passim plebs, ut reipublicae gubernandae modus funditus evertatur, utque Caesaris imperium leniatur populari suffragio, quo populus suos legatos ad rempublicam administrandam deputare queat. Hactenus vero milites atque ferrea magistratum voluntas tumultuantur cohibuit: quid vero erit si et agricolarum multitudo immensa ad factiones huiusmodi accesserit?

POPULICOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS

IN Anglia de recentibus in meridionali Africa gestis regni administri plures interrogati sunt; qui tamen certum responsum nullum dedere praeter hoc unum, bellum viriliter iri perditum. Senectutis praevia iterum approbata sunt; deinde feriae quindecim dierum indictae.

In Austria lege concessum ut administri publicam pecuniam ad menses duos moderarentur, nulla praehabita publici coetus approbatione,

In Belgica de suffragio ad legatos populares eligendo omnibus civibus communicando disceptatio habita, reiectaque clausula qua mulieribus quoque suffragii ius tribuebatur.

In Germania Richtöfen dynasta, qui res ad exteriores moderatur, de Boerorum bello disserens monuit cives ne nimis in Anglos exardescerent, ut, forte darietur, pacifico sermone utentibus, suam aliquando interponere auctoritatem, quo triste illud bellum absolvatur.

In Iberia qui reipublicae praeerant administri tum ob Barcinonensem recentem seditionem, tum ob rei pecuniariae difficultates suo se munere abdicarunt. Regiae modo labor fuit ut eos deligeret qui valeant satis gerere euram populi, cum praesertim dies matureret, qua Alphonsus rex thronum concederet. Sa- gasta novis administris iterum praefectus est.

In Italia habita coram popularibus legatis disseminatione de rebus haec tenus ab administratorum collegio gestis, praesertim de eorum consiliis erga popularium factiones probandis neene, favorabilis exitus administratoris cessit. De mulierum et puerorum labore in officiis lata lex.

In Serbia Vuic eiusque collegae qui civitatis gubernio praesunt in dissensiones cum populi legatis venerunt; at pax composita brevi est.

SCRIBA.

LIBRORUM RECENSIO

M. TULLIO CICERONE. *Il sogno di Scipione.* Testo e versione per cura del Dott. Silvio Pellini. — Iterum edid. I. B. Paravia et Soc., 1902.

Marci Tullii Ciceronis librum, qui *Somnium Scipionis* inscribitur et est de animorum immortalitate Silvio Pellini interprete accepimus, gratique donanti ista rependimus, quae ad honorem eius dieienda censemus. Laudamus nitorem utriusque textus; nam italicae interpretationi latinum, singulis paginis, opportuit, ut legeuti facile esset utrumque perspicere et comparare; laudamus etiam quod in latino textu eligendo, optimum, si tamen in humanis quid optimum est, sibi vindicaverit, quod assequuntus sit plura comparans exemplaria, et mendas omnes expungens a singulis, ut liber sibi et auctori suo Tullio constaret. Interpretationem vero credimus aptam, brevem, plenarumque vi latinas phrases aequantem, et quae maximi apud eos habeatur, qui gloriam italicis nominis in honore latinitatis agnoscent.

H. P.

AENIGMATA

I.

Finis *voce priore*, notatur *voce secunda*.
Quae spumosa lacus aquora scindit, avis.
Has voces misere cave! Si iunxeris illas
Progeniem cernes illico Tartaream.

II.

Mene legis recte? Vocor in discrimina Martis.
Ut primo strepuit buccina rauca sono.
Mene legis retro? Turcarum rex dominusque
Asseclis Christi bella cruenta tuli.

FR. PALATA.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus, cui titulus:

CARMINUM
S. ALPHONSI M. DE LIGORIO
VERSIO LATINA METRICA
QUAM CONCINNAVIT
FRANCISCUS XAVERIUS REUSS

(Editio altera aucta novisque curis subiecta).

Aenigmata an. V, n. III proposita his respondent:

1) Superanda est fortuna industria;

2) O-gyges.

Ea rite soluta miserunt:

Pr. Gordon. *Mancunio.* — Fr. Prikryl. *Katzelsdorf.* — Ad. Huza. *Gryboria.* — Lud. De Rubeis. *Iguiso.* — Fr. Arnori. *Mediolano.* — E. Burg. *Argentorato.* — V. Starace. *Neapolis.* — P. G. Z. *Modocia.* — Bern. Aleon. S. P. *Utile.* — Aug. Macer. *Sezovio.* — Ad. Skrzypkowski. *Scivice.* — Fr. Sallares S. P.. *Sabadello.* — Car. Stegmüller. *Sabaria.* — Ios. Crosatti. *Potano ad Veronam.* — I. Walter. *Neo Eboraco.* — Alois. Rossi. *Arona* — Anic. Tapias Navarro. *Roma.* — V. Hertel. *Mendhusio.* — Al. Cappelli. *Senis.*

Sortitus est praemium

A. Huza,
ad quem missum est opus, cuius titulus:

O. P. ALAIS

DIALOGOS FILOSOFICOS.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina *Patris* Phil. Cuggiani.

N
tam
princ
mod
bellis
ludu
lib.
lib.
lib.
ruum
lem
eroga
mum
ma ac
simar
aemu
runt;
vitate
bentu
quant
cum
tenui

Sun
parat
tum g
est Va
eum,
timi
erump
sciente
tenten
seitur
animi
auriga

legatis disce-
strorum collegio
erga popularium
s exitus admini-
m labore in of-
qui civitatis gu-
populi legatis
st.

SCRIBA.

NSIO

Scipione. Te-
Pellini. — Ite-
2.
Somnium Sci-
immortalitate
ratique domanti
us dicenda cen-
extus; nam ita-
paginis, oppo-
e perspicere et
latino textu eli-
s quid optimum
s sit plura com-
expungens a
fullio constaret.
m, brevem, ple-
et quae maximi
nominis in ho-

H. P.

ecunda,
scindit, avis.
xeris illas
ream. *M. Scilicet*

imina Martis
ca sono.
dominusque
tuli.

R. PALATA.
magmatis inter-
moderatorem
mus, sortitus,
lus:

ORIO
CA

EUSS
ris subiecta).

s respondent:
dustria;

atzeldorf. — Ad.
o. — Fr. Arnor,
tarace, Neapo-
el. — Aug. Mace,
Fr. Sallares S. P.,
— los. Crosatti,
boraco. — Alois.
na. — V. Hertel.

iurisperitus.
uggiani.

CONSTANTINI PISONI CANDELARUM AD SACRA OPIFICIUM EXCELLENS, PRAEMIIS INSIGNE


ab anno MDCCCHI constitutum

Romae in Italia, Corso Vittorio Emanuele 127-129 et Via de' Sediari 1, 2, 3.

Vaticanae Basili-
cam instruit, quoties
de Beatificatione aut
Canonizatione so-
lemne sit.

Clientes frequen-
tissimi sunt in Urbe
in Italia et apud ex-
teras gentes.

Fama
undique manavit.



Cereas faculas ad
noctem conficit, eas-
que ad decem usque
ae duodecim horas
diurnas, Ecclesiis
ae familiis necessa-
rias, quod pars-
moniam cum salu-
britate et mundicie
coniungant.

Vitreæ
faculis suppeditat.

OPIFICII PISONI PROSPECTUS

ROMAE, Via Ortì Alibert 13-15 (Lungara).

Res per omnem orbem exportatur nullo iubentium impendio

PER ORBEM

Neo Eboracenses cives, post ferias adeo il-
lustres, post ludos et couvia, quae omnia,
tam liberales visitanti Borussorum imperiali
principi Henrico pararunt, summam pecuniae
modo computant per hebdomadam erogatam. Li-
bellis Anglieis (*sterling*) computatio facta est:
Iudicis scenicus musicus in Metropolitano theatro
lib. 100.000; commissatio in Sherry aedibus
lib. 150.000; coena apud syndicum civitatis
lib. 10.000; impensae ad viarum ornatum, ad cur-
ruum conductionem, ad invigilandum imperiale
hosptitem atque custodiendum lib: 180.000;
erogatae denique ea die qua *Meteor* navis pri-
mum in aquas descendit sunt lib. 100.000. Summa
aequat lib. 540.000. Hisce adde sumptuosissi-
mam coenam illam, quam Croesi et Lueulli
aemuli cives Americae ditissimi Principi para-
runt; adde quae illi per praecipuas foederis ci-
vitates circumventi a singulis civitatibus exhiben-
turb; supputa itaque quanto pretio adventus
viri emptus fuerit; sed mirare simul, lector,
quanta sint illarum civitatum divitiae! Quae
cum diu recogitaveris, unum tibi auspicor, ut
tenui victu contentus vivere addiscas.



Sunt enim et ditissimo cuique eadem fato
parata infortunia, quae miserrimo agricolae,
tum gravissima, tum leviora. Expertus modo
est Vanderbilt ille divitius celeberrimus; qui
cum, minus peritus forte auriga, in currus inti-
ma vi aeto, precipiti cursu ruris e cancellis
erumpit, equum repentina ietu prostrat, sene-
centem quidem et languidum et plagi scatentem, qui media in via forte pascebatur. Ira-
scitur vehementer rabie equi dominus, ineunditur
animo, iniurisque et contumelis prorumpit in
aurigam. Hic tamen, ut iram leniret iniuriam-

que et culpam redimeret, dollar's centum, au-
reos nummos, imprecanti solvit. At quid? Se-
quenti die omnis via prope Vanderbiltianum
rus claudis equis, et mulis, et asinis impletur,
collegae sortem petentibus, ita ut Croesus no-
ster ruris fines transgredi non audeat amplius,
et per domesticas vias suis exercitis vacare
coactus sit.



Vanderbiltii currum unum equi morati sunt;
apud Massiliam vero seriem vehum vapore
ignito actam sicarii; quinimo aggressi sunt,
ut retinerent primum, deinde diriperent. Armis
itaque manipulus instructus in machinam ipsum
undique concurrevit; at operarii, qui circa ma-
chinam et ignem vigilabant, manuballistas di-
stringunt, congridentesque glandibus petunt
atque vertunt in fugam. Quo quidem amenti
conatus palam factum est, Massiliam abditam
coivisse quamdam pessimorum hominum societatem
ut armis et quacumque vi possent infanda
omnia auderent. Horum ad manipulos accessisse
tradunt Barcinonenses illos viros terribimos,
sua e patria perfugas, qui tantam mox civilem
cladem domi frusta excitarunt, ut militibus
utendum fuerit ad dissipandos homines et tra-
ducendos in vincula.



Sed a sicariis abeamus; quamquam inter
illos more interdum insperatam fortunam po-
test apparare. Stone, americanæ feminæ, id
contigit, quam vinetam secum Bulgari latro-
nes abriuerant; mox soluto pretio libertati
reddiderunt. Quae quidem, americana qua prae-
dicta est indole, iter per Europæ atque Ameri-
cae gentes brevi suscipiet, statutis diebus
in aulis vel theatris orationem habitura atque

enarrationem suae captivitatis, moresque la-
tronum descripta; ad quae audienda soluta
mercede innumerabilis ferme plebs concurret



Non ego illam separar, qui, si iter ad Ameri-
cas suscipere possem, Mexicanam regionem
recte tramite peterem, non ad videndas recentis
terrae motus immanes ruinas, sed potius illius
gigantis reliquias, quae, apud Reco redierunt
in lucem. Mirandum ferme, si fides diarii ha-
benda, prodigium dignumque Titanica aetate!
Homo fuit quatuor metrorum altitudine; pe-
ctoris circuitus duo metra et amplius adaequat;
iamque eredam optimo iure indigenis e rubri-
cante pelle notis, qui sese affirmant gigantea
progenie ortos. Et sane Patagoniam qui adhuc
incolunt homines illo fucati colore assuetæ no-
strorum membrorum magnitudini aliquantulum
passim antecellunt, etsi nemo, neque a longe,
giganteum Mexicanum hunc avum aemuletur.

Simil vero, etsi dissito prorsus in loco, tanto
pastore tradunt dignam belluam eminuisse.
Credat cui placet: nos ambigua mente relata
referimus quae Petropolitanus quidam scriptor
ad *Daily Mail* diarium nunciat. Herz doctor
fortunatus repertor fuit; locus quo monstrum
abdebat Siberia orientalis. In specu magno
latebat *Mammouth* hoc nomine donatum: pellis
eius et pilis adhuc intacti visi; quid plura?
ipso in ore herba nondum manducata manebat,
ipso in stomacho non digestus adhuc eibus! At
vix aeri externo bellua redditus est, pellis pu-
trescere momento temporis coepit; quare ad-
motae statim machinae quae, gelu circum ca-
daver obvolventes, a corruptione extrema eruer-
tent. Heu! servetur saltem « herba illa nondum
manducata! »

VIATOR.

Ciapponi Franciscus et Soc.

OFFICINA
ANAGLYPTIS, GEMMIS CONCHISQUE CAELANDIS
PRAESERTIM IN REDDENDIS FIGURIS
PHOTOGRAPHICE EXPRESSIS
TEMPERANTIA IN PRETIO — DILIGENTIA IN OPERE
ROMAE — VIA SISTINA, 129 — ROMAE

LIBER (vulgo "ALBUM")

praecipua Urbis referens, pulchritudine insignis atque, commentarii *Vox Urbis* moderatore iubente, expresse conflatus, apud eumdem commentarii administratorem, ROMAE, VIA ALESSANDRINA, 87, ven. lib. **1.50.**

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

ROMAE — Via Alessandrina, 87

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS AN. MCMII ET PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA.

(Vid. in secunda operculi pagina).

FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE

COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO

Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datus est,

venit singillatim L. **2.50**

apud comm. VOX URBIS Administratorem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

Sociis qui in Nordica America versantur vehementer commendamus quod a Sodalibus Carmelitis novissime institutum est ac regitur

COLLEGIUM SANCTI CYRILLI

ad liberalem eamdemque Christianam et nostrae aetati aptam institutionem iuvenibus comparandam.

Prospectus studiorum et regularum, quae collegium moderantur, petatur ab ipsius Collegii Presidente, 6413 Star Avenue (Woodlawn) — Chicago, Illinois.

LE LAUDI LATINE IL CANTICO DEL SOLE

DI

S. FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praefationem a Paulo Sabatier, viro rei longe peritissimo, conscriptam, continentur *laudes latinae* cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, necon illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime aliis subsequentur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* comparandam, Iulius Salvadori, litteris tradendis doctor egregius, maxima edidit cura. Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administratorem venit L. 0.50, in pauperum levamen.

PHILIPPUS VITI Eques

MARMORARIUS

ROMAE - Via Alessandrina N. 51, 52 - ROMAE

Affabre sculpit quae sunt ad simulacra, altaria, sacella, aediculas, uti patet ex operibus erectis aut refectis in Basilica Lateranensi, Liberiana, Laurentiana extra muros, Transtiberina, Eudoxiana, etc.